A.

Agapae olim usitatae. Reidl. de 3. er. n. 50.
Rigney [illegible] myst. Ved. Christ. c. X.

Altarium usq. antiquus. Reidl. sect. 3. Θ. 3. § 41.
Rigney c. 1. | c. 3. n. 4 usq. n. 17.
Una ara in templo Critopul. Confess. c. 9.
Altaris veteris [illegible] g parata. Rigney c. 1. n. 14.
Altaris magnis [illegible] Rigney c. 1. § ult.

Symbolum Aplicum [illegible] Aplos [illegible] autores, q. illud viva voce tradiderit. Reidl. sect. 1. Θ. 4. tract. de 3er. § 12. 13. trad. de [illegible]
[illegible] Vossij dissert. [illegible] de Symb. Aplico.
In Symbolum Aplicum Jam ab antiquo [illegible] baptizandi. Reidl. sect. 1. Θ. 4. § 12. de 3er. § 14.
Symbolum Aplicum [illegible] ad salutem [illegible] credituri. Reidl. Θ. 5. sect. 1. de 3er. § 14. 15. 16. 17.
Symbolum Aplicum [illegible] cum Symbolo Niceno et Constant. Reidl. de 3er. § 15. 16.
[illegible] Catholici ab [illegible] ib. § 20.
Haeretica [illegible] ad Symb. Aplicum [illegible] cat. ib. n. 21.
Unde [illegible] genuinum Symboli Aplici [illegible] n. 23. 24. 25. 26.

Arbitrium Liberum [illegible] in [illegible] quaestiones et [illegible] Reidl. Θ. 5. sect. 2.

Athanasii Symboli [illegible] Athanasium autorem. Vossii de Symb. dissert. 2.

B.

Infantes baptizati nunq. salvent. Reidl. sect. 3. Θ. 4. § 13. 14. 15. 16. 17.
In baptismo [illegible] filij Dei. Θ. 9. [illegible] baptismus ordinarie [illegible] Cassander consult. ad art. 9. Conf. Aug.
[illegible] Cond.

Beatitudo futuri saeculi consistit in visione Dei [illegible] oculis [illegible] Reidl. sect. 5. Θ. 2.

C.

Canonica Scriptura v. Scriptura.
Canonicorum ordo [illegible] et unde Canonici seculares et regulares. Cassand. consult. ad art. 25. Aug. Conf.
Cantiones sacrae [illegible] ad art. de [illegible]
Catholica Ecclesia v. Ecclesia.
Catholicus et [illegible] Reidl. sect. 1. Θ. 5. § 19.
[illegible] Reidl. sect. 2. Θ. 1. § 4.
[illegible] et Catholicus [illegible] Reidl. sect. 1. Θ. 5. n. 19.
[illegible] in V. T. [illegible] in nomine Christi. Reidl. sect. 2. Θ. 9. de vigilijs nocte ante resurrectionem [illegible] de [illegible] c. 7. § 16.
[illegible] Reidl. sect. 4. Θ. 1.
Christus ad inferos descendit [illegible] Reidl. sect. 4. Θ. [illegible]
[illegible] c. 3.

Aliud cognitio stricte sic dicta aliud fides. Ecd.
sect. 1. Θ. 1. dist. de Ver. [illegible] S. 6. o cognitio
una d. fides una e[st] totum concordis Ecclesiae
sive ib. Θ. 1. à S. 14. usq. ad S.
Id ab ead. credi et cognosci negat. sect. 1.
Θ. 2. Ad cognitionem [illegible] [illegible]
ex articulis fidei deducta sect. 1. Θ. 6.
Continuae ex articulis fidei o ad fidem d. ad cognitionem.
Aliud Ecd. sect. 1. Θ. 5.
in Conversione hominis [illegible] [illegible] efficit et quo.
Ecd. sect. [illegible] Θ. 5.
Crede [illegible] S. fides.
Crux Christi meritis efficitur. Cassand. cons.
ad art. 21. o [illegible] adoranda [illegible]
[illegible] Christi ib.

Θ Ecd.

E.
Catastich. [illegible] totum e[st] fides o cognitio
Ecd. sect. 1. Θ. 1. à S. 14. usq. ad S.
Sacra scriptura norma fidei alter in sensu
Ecclesiae Catholicae [illegible] ad [illegible] [illegible]
currens [illegible]. Ecd. sect. 1. Θ. 9.
Ecclesia Catholica errare negat. c. 1. S. 4.
Catholicae Ecclesiae dogma e[st] [illegible] [illegible] seqq.
antiquum, ubiq. [illegible] obtinet. c. 1.
S. 18 seqq. [illegible] censendum de
[illegible] de q. Ecclesia nil definivit
[illegible] 31. ad dignoscendum sanc-
ue testimonium Ecclesiae varium. Θ. X.
[illegible] in Ecclesia credimus Critop.
Conf. c. 7. Ecd. nota Ecclesiae Ca-
tholicae ib. o sufficit ad veram
Ecclesiam dignoscendam si recte sentiat
de fide [illegible] articulis. Cassand.
consult. ad art. 7.
Est [illegible] [illegible] [illegible] in Euch. retinenda. Ecd.
Θ. 7. sect. 3. S. 6. 7.
o [illegible] errans e[st] [illegible] haereticus. Ecd. de [illegible] S. 1.
Eucharistiam adorandam. Critop. conf. c. 13.
[illegible] ib. Cassand. Consult.
ad art. 22. Male ad [illegible] [illegible]
distat.
In Euch. Sacerdotes saepius [illegible], [illegible]
[illegible] o [illegible] [illegible] Critop. Conf. c. [illegible]
[illegible] de [illegible]. Chr. [illegible] Euch. c. [illegible]
n. 17. 18 + 19. Ed. In Euch. [illegible]
Θ cutio corporis e[st] panis Critop. Conf.
Circumgestatio corporis Christi [illegible] impro-
ba e[st]. Cassand. cons. ad art. 22.
Consecratio[illegible] [illegible] panis [illegible] [illegible] Christi

Cassand. consult. ad art. X. Duos se sp.u
rare dant ad Euch. Critop. Conf. c. 9. Ritn.
de Euch. vel. Crist. c. 4. Eccl. sect.
3. Θ. 3. n. 7. 8. S. Euch. data e Infan.
tib. in antiqua Ecclia Eccl. sect. 2. Θ. 7.
n. 7. Ritn. c. 11. de Euch. vel. Crist.
institutis et eadem adhuc danda.
Critop. Conf. c. 9. In S. Euch. Institut.
... Hoc e Corpus meu, plures Hdm.
Sine sensu spiritualiter abscondit e nim.
p metonymiam, qui figuram ...
sensu ... sensu reipse
ad ee verum Corpus ... Eccl. sect. 3.
Θ. 1. Panis in Euch. ... Cri
unione d. p mutationem Eccl.
Θ. 2. sect 3. De Transubstantio
v. T. Transubstantio. Euch. antiq. e
sacrificium Incruentum sect. 3. Θ. 3.
Ritus circa Euch. antiq. v. Ritn. tr.
de Vet. Crist. Inst. circa Euch.
Eccl. sect. 3. Θ. 3. n. 2. 3. 8. 41. 43.
44. 45. Missa e sacrificium, qd ex o
o sato mereat aliis, ... applicar
tam vivis q mortuis remissione pcto
rum. Eccl. sect. 3. Θ. 3. n. 47. ...
... defend.
Cassand. ad art. 24. Missae solitariae
improbantur. Eccl. sect. 3. Θ. 3. n. 48.
Cassand. cons. ad art. 24. Euch. ...
in ... celebranda. Eccl.
sect. 3. Θ. 3. n. 49. In S. Euch. fer
mentatus panis adhibendus. Critop. c. 9.
Ritn. c. 1. ... 9. 10. 11. Quo pane
in S. Coenam utendum. Conf. Critop.
c. 9. De communione sub una ad
... v. Calixt. ... de ea.
panis ... in Euch. adorari. Cass. cons.
ad art. 22. Missa ... in ... cele
brantur Cass. cons. ad art. 29. ... mi
ssa celebranda in Coenobiis. ... Euch. ...
... sumebat. Ritn. De Euch. inst. vel.
Crist. c. 3. Calixt. de communione sub una
n. 10. 152. 153. De fidelium ...
in Euch. Ritn. c. 1. c. 6. Eccl. sect. 3. Θ. 3.
n. 9. 10. Sacerdotes et Laici ante Euch.
manus lavabant. Ritn. c. 1. c. 7. Eccl. sect.
3. Θ. 3. n. 8. Foeminae linteo eam exci
piebant. Ritn. c. 9. n. 21. Eccl. c. 1. ...
... in vino. Ritn. c. 8. n. 12. et c. 9.
n. 17. Latini ... Calixt.
de communione sub una n. 6. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20.
150. 151. ... in Euch. Ritn. c. 9. n. 1. 2.
3. 4. Eccl. sect. 3. Θ. 3. n. 5. ... Ritn.
n. 5. 6. 7. 8. Eccl. c. 1. n. 6. ...
... Ritn. c. 1. n. 15. 16. Missa
defunctis v. T. Mortuus.

Fides aliud, aliud cognitio stricte sic dicta. Recd. sect. 1. Θ. 1. De Var. § 6. et cognitio una d. fides una etiam gradus Ecclesiastica ib. Θ. 1 à §. 14 usq. adf. Et ab eod. redi Θ cognosci regt. sect. 1. Θ. 2. Fides non est scientia stricte sic dicta d. firma et immota ejus assensio sect. 1. Θ. 5. Fides non est par poenitentiae sect. 1. Θ. 5. §. 4. Ver fidei articuli continentur in symb. Apostolico Θ. 5. sect. 1.

Continuaer ex articulis fidei deducta non spectat ad fidem d. cognitae. sect. 1. Θ. 6.

Infantes m. et fide salvifica capaces aeque tam ac adulti. sect. 2. Θ. 7. Utrum et dar solam fidem justificantem Cath. Conf. ad art. 4. Et sancta non est fides ad art. 5.

De utilitate gratiae Haeres. et Pelagianorum Trid. Recd. Θ. 5. sect. 1. §. 41 seqq.

Recensendi Haeretici. Recd. disp. de haer. Ver errans haereticus n. 7. haeretici damnati § 8. 9. Haeretici non sunt Christiani n. X. Haeretici sunt infideles § 19. Catholici discernuntur ab haereticis symb. apostolico n. 20. Haereticorum quaestio an sit communicat ad symb. Apostolicum n. 21. Haeretici ad Trid. spectat 2. 5 in sensu generali n. 22. n. Haeretici non sunt Catholici n. 36. Haeretici non sunt Orthodoxi n. 37.

De vera orthodoxa Ecclesia ad Hebraeos. Recd. sect. 1. Θ. 4. § ult.

Codex Hebraeus Mosis sine punctis scriptus Recd. sect. 1. Θ. XI. § 14.

5

Jejunandum [illegible] Cribr. Conf. c. 8.
in ord. Septimanis die Ven. et Merc. [illegible]
[illegible] Jejunandum [illegible]
Cur Jejunandum Cassand. [illegible] ad art. 15. Conf. Aug. [illegible] jejunandum dieb.
[illegible] Eccl. de Ver. [illegible] 31 et alib.
Jejuniorum [illegible] 31.
[illegible] olim [illegible] jejunandi
Introductum [illegible] Ver die Sab.
[illegible] olim Jejunandum
aliqu. de [illegible] sub uno n. 145.
146. 147. 148. 149.
Imago Dei in homine primus [illegible] spiritualis Eccl. sect. 2. Θ. 2.
Imagines Sanctorum honorandae [illegible] Conf. c. 15. [illegible] Imagines [illegible] Cass. cons. ad art. 21. [illegible] Sanctorum saltem [illegible] Christi et Mariae
Cribr. c. [illegible] Cribr. c. 1. et Cass. ad art. 21. p. 119. 120. 123. [illegible]
[illegible] decenti [illegible] religiose [illegible]
Cribr. [illegible] veteres Christiani colere Imagines [illegible]
[illegible] Cass. cons. ad art. 21.
[illegible] Galli [illegible] Germani Cass. c. 1
Crux [illegible] v. T. Crux.
[illegible] Imaginum [illegible] Cass. cons. ad art. 21.
Indulgentiae [illegible] veritatem Sanctorum [illegible] vendi Cribr. Conf. c. 17. f.
Infantibus [illegible] v. T. [illegible]
[illegible] v. T. [illegible]
Intentio [illegible] v. T. bapt.
Intentio fidei [illegible] v. T. Fides.

Judaei [illegible] Judaeorum [illegible] ad fidem Christianam Eccl. sect. 1. Θ. XI. n. 27. Judaei hodierni [illegible] Idololatrae sect. 2. Θ. 8. Judaei v. T. [illegible] Deum et Patrem [illegible] Christi [illegible] Eccl. sect. 2. Θ. 4. [illegible] in V. T. Cribr. Conf. c. 8.
[illegible] Justificatio [illegible] Cass. ad art. 4. Justificatio [illegible] remissione peccatorum [illegible] renovatione [illegible] baptizandi ad art. 6. [illegible]

L
Liberum Arbitrium v. T. Arbitrium Liberum.

M.

Mahumetani e[ss]e Idololatras Reid. fel.
2. Θ. 8.
Maria nata ē in pctō Orig. Critop. Conf.
c. 17. Caligh de ultu Mariae Virg.
urg 37. & conceptione Chri. o pec.
cavit Critop. Conf. c. 17. Maria in
p entu Chri o agnovit ... .
Calix. c. 1. §14. 15. 16. 17. 18. Mariā o
e adorandā ac si Deu §. 19. 20. 21.
Calixt. relictis ... q̄ ... Mariae
forte e Mariae o ... §. 41. 43.
44. 45. 46. urg 56.
Missa v. ... .
Monachorum ordines applandi. Critop.
Conf. c. 19 ... ...
... ...
... Monachorum ... ...
ib. v. Cass. conf. | ... .
p mortuis orandum. Reid. fel. 2. Θ. X.
Bign. de ... ib. c. XL. Hildebr.
tr. de precib. p defunctis ...
B. ... p morte ... Reid. c. 1.
§. 2 urg 9. ... nulla ad ... p facta
beatitudine ... d. in loco ...
St. ... aliis ...
p egerint ... Critop. Conf. c. 20.
de missis p mortuis R. v. ...
c. XL. Hildebr. tr. de ... missis
defunctis ... ib. ... de ...
... p ... .

N.

Rs Nuptiales ... Critop. Conf.
c. 12. ... nuptiis. Critop. c. 1.

O.

Oleum in bapt. adhibitum Critop. Conf. c. 7. Θ. 8.
B. O. ad salutem ... nasci ... sine ...
Reid. fel. 2. Θ. 1. B. O. ...
... salutem Θ. 1. §§ 1. 2. B. O.
... ad salutem Critop. conf. c. 6.
... B. O. justificat ... ad ... .
In orationib. ad Oriente se ... Reid.
... de ... orat. ... .
Oriente ... ...
... Critop. Conf. c. 22.
Petru Orig. v. T. Petru.

EXERCITATIO THEOLOGICA
De
CONVERSIONE
ORANTIUM. AD ORIENTEM, CEU RITU ECCLESIÆ JAM OLIM USITATO,

Qvam,

DEO JUVANTE,

PRÆSIDE

M. MELCHIORE ZEIDLERO
S. THEOL. P. P. SECUNDARIO & CONCIONATORE AULICO h. t. FACULTATIS suæ DECANO,

In Auditorio Majori
Publico examini sistit
ad diem 1. Septembr.

MICHAEL PINSDöRFFER
Regiomont. Borussus.

REGIOMONTI,
Excudebat *Paschalis Mensenius*,
Anno 1673.

VIRIS

EXCELLENTISSIMIS, CLARISSIMIS,

DOCTISSIMISQVE

DNO. M. BARTHOLOMÆO Goldbach

Peritissimo Historiarum P. P.

Spectabili Facultatis Philosophicæ p. t. Decano,

Ecclesiæ Palæopolitanæ Diacono Dignissimo,

&

DNO. M. ANDREÆ CONCIO

Scholæ Palæopolitanæ Rectori Vigilantissimo,

Mathematico Celeberrimo,

Patronis, Promotoribus & Præceptoribus suis ætatem Venerandis,

hosce

Studiorum Theologicorum fructus,

in

perpetuum gratæ mentis documentum,

offert & dedicat.

Extulerat palmas, surgenti cana vetustas,
Soli, vota ferens; quà bona quæq; fluunt.
Et mea se Vestro pietas acclinat honori:
Vobis namq; refert, quicquid ab arte valet.

Respondens.

I.

QVod Christiani, ad Orientem conversi, jam olim fuerint precati, etiam antiquissimi Patrum testantur. Sec. I. vixit Clemens Romanus, discipulus Pauli, cui Constitutiones, Apostolicæ qvæ vocantur, ad scribi vulgò solent, in qvarum lib. 2. c. 57. hæc habentur verba: *Cuncti pariter consurgentes & in* ORIENTEM *spectantes, egressis Catechumenis & pœnitentibus precantur DEum, qvi adscendit super cœlum cœli, idq; ad* ORIENTEM. Jam dubium quidem valdè est, num Constitutiones istæ sint Clementis: id tamen dubium non est, quin haud pauca illarum ita sint comparatæ, ut jam Apostolorum obtinuerint ætate. Sec. II. porrò claruit Justinus, qui Qq. ad Orthodoxos quæst. 118. apertè scribit: *Precationis tempore vultu omnes ad* ORIENTEM *convertimur.* Atq; insuper ritus hujus Auctores Apostolos laudat. *A quibus* enim, inquit, *orationem Ecclesia accepit, ab eisdem quoq;, ubi orare soleat, consvetudinem accepit, à* SANCTIS NIMIRVM APOSTOLIS. Cui consentiens & Clemens Alexandrinus lib. 7. Stromatum scribit: AD ORTUM MATUTINUM *habentur preces.* Sed & Tertullianus, adhuc Catholicus, in Apologetico c. 16: *Innotuit nos ad* ORIENTIS *regionem precari.* Sec. III. insuper idem confirmat Origenes Homil. 5. in Numeros. Sic enim ille: *In Ecclesiasticis observationibus nonnulla hujusmodi sunt, quæ quidem facere convenit, nec tamen ratio eorum omnibus patet. V. gr. qvod genua orantes flectimus, & quod ex omnibus cœli plagis ad solam* ORIENTIS *partem conversi orationem fundimus, non facilè puto alicui ra-*

Tertull. in Apol. c. 16. suspicio inde e (nisi [illegible] Christianos solem adorare) q[uod] innotuerit nos ad Orientis regionem precari.

tione compertum: · *& tamen hæc operta & velata super humeros nostros portamus, cum ita implemus ea & exequimur, ut à magno Pontifice* (CHRISTO) *ejusq; filiis* (Apostolis) *tradita & commendata accepimus.* Lactantii quoq; illa huc faciunt ex lib. 2. Institut. c. 9: *Ipsius* quoq; *terræ binas partes contrarias inter se diversasq; constituit, scilicet Orientem Occidẽtemq;, ex quibus* ORIENS *Deo adcensetur.* Ulterius Sec. IV. Athanasius aut quicunq; Autor est Qq. ad Antiochum quæst. 3. de eâdem re ad hunc modum scribit: *Audiant fideles & discant, quod sancti Apostoli Christianorum Ecclesias jusserunt* ORIENTEM *versus preces suas fundere.* Et Basilius Magnus lib. de Spiritu sancto c. 27: *Omnes spectamus ad* ORIENTEM, *cum precamur.* Nominatim de Philagrio memorat Gregorius Nazianzenus Epist. 66, quod decubans in lecto æger, quasi ex carceribus excitatus, manusq; ad cœlum tendens & *Orientem* respiciens gratias egerit Deo voce sonorâ. Ex eodem more Latinus Pacatus panegyricum suum & Theodosij Imperatoris auspicia orditur: *Ut divinis*, inquit, *rebus operantes, in eam cæli plagam ora convertimus, à qua lucis exordium est : sic ego, vota verborum soluturus, id oratione tempus aspiciam, quo Romana Lux cœpit.* Porrò & Ioannes Jerosolymitanus lib. 1. in Stratagemata B. Jobi: *Et nunc omnes credentes, sanctis similiter credentibus concordantes, ad* ORIENTEM *adoramus Dominum Deum nostrum.* Sec. V. eundem Ecclesiæ morem confirmat etiam Augustinus lib. 2. de Sermone Domini in monte c. 5. Ita enim ille: *Cum ad orationes stamus, ad* ORIENTEM *convertimur.* Sec. VI. putant floruisse Dionysium illum, quem vocant Areopagitam. Is hujus moris itidem meminit lib: de Hierarchiâ Ecclesiasticâ c. 2. sect. 2. §. 6. Inducit enim eum, qui *sacro lavacro tingendus* erat, post *ejurationem Diaboli Christum in* Orientem *adorantem.* Sec. VII. Germanus, ex Episcopo Cyziceno Patriar-

triar-

triarcha Constantinop: in Theoriâ rerum Ecclesiasticarum: ORIENTEM vers9 precari *traditum est, ut & reliqua, ab Apostolis sanctis.* Sec. IIX. Damascenus lib 3. de orthodoxâ fide c. 13: *Non temerè ac sine causâ ad* ORIENTEM *conversi adoramus.* Et posteà: *Est autem Apostolorum hoc institutum.* Et Albinus sivè Alcuinus Flaccus, Caroli M. Præceptor, lib. 2. de Trinit. c. 5: *Ad Orientem stamus, ad Orientem convertimur.* Sec. IX Walafridus Strabo lib. de exordiis & incrementis rerum Eccles. cap. 4: *Reverà congruum est & salubri modo institutum, ut* Orientem *versus facies orando vertamus.* Sed & Photius eodem Seculo ritus hujus mentionem injicit in Nomo --Canone tit. 7 cap. 5, ubi Basilium citat atq; ex eo ait causas esse addiscendas, διάτι πρὸς ἀνατολὰς εὐχόμεθα, *quare versus* Orientem *spectantes precemur.*

11. Atq; hinc & veteribus Liturgiis ac ritualibus passim hic mos insertus reperitur. Veluti in Liturgiâ Marci, quæ sanè antiquissima est, eo ipso, dum Diaconus diptycha evolvit, Sacerdos inclinatus preces fundit, & Diaconus, postquam sedentes assurgere jussit, vociferatur: AD ORIENTEM. Idem fit in Missâ S. Gregorii. Nam & in illâ clamat Diaconus: *Aspicite ad Orientem.* Et hinc Sacerdos ad DEum conversus: *Tu,* inquit, *es, cui assistunt Cherubim & Seraphim. -- Sanctus, sanctus Dominus & sanctus omnibus in rebus.* In Missâ Æthiopum quoq; , quæ vulgò Canon Universalis appellatur, inter medias preces Diaconus exclamat: ASPICITE AD ORTUM. Sed & in ordine Baptismi, qui usum apud illos habere perhibetur, Diaconus, priusquam fontem Baptismi solenni oratione consecrat, intonat: IN ORIENTEM ADSPICITE. Habemus insuper & Syrorum preces, in quibus est & oratio matutina, cum Sol exoritur. De quâ ita Auctor: *Tunc facies suas ad Orientem convertunt & Deum adorant dicentes: In lumine tuo videmus lumen, IESV plene lumine,*

quia tu es verum lumen, quod illuminat omnes creaturas: Illumina nos in lumine tuo eminente, quod est Patris cœlestis splendor. Deniq; & in ordine sacri Ministerij, à Philotheo Patriarchâ conscripto, hæc verba habentur: Καὶ λαβὼν τὸ στοιχάριον αὐτοῦ ὁ διάκονος καὶ ὠράριον, καὶ προσκυνήσας κατὰ ἀνατολὰς, προσέρχεται τῷ ἱερεῖ, *Et acceptâ Dalmaticâ stolaq́ suâ Diaconus, postquam ter ad* ORIENTEM *adoraverit, Sacerdotem adit.* Et postcà: *Oratione terminatâ erigunt capita: & Diacono Sacerdotem compellante eodemq́ plagam orientalẽ, stolâ tribus digitis dextræ manus apprehensâ, demonstrante & dicente: Benedic, Domine sancte, introitum; benedicit Sacerdos* AD ORIENTEM, κατὰ ἀνατολάς. Ad extremum idem mos deprehenditur & ex situ veteris Ecclesiæ templorum. Vocabantur templa Veteribus εὐκτήρια, *Oratoria*, vel domus precationum. Ast hæ plerumq; ad Orientem erant extructæ. Sic enim Clemens Romanus lib. 2. c. 57. de templi formâ differens: *Longa sit domus ad* ORIENTEM *conversa.* Et alter Clemens, Alexandrinus inquam, loc. cit: *Etiam templorum antiquissima respiciebant ad Occidentem, ut qui vultu stant ad simulacra, converso doceantur verti ad* ORIENTEM. Tertullianus ad hæc contra Valentinianos c. 3. Ecclesias Christianorum ORIENTEM amare scribit. Et Paulinus Nolanus Epist. 12. ad Severum: *Prospectus Basilicæ non ut usitatior mos est, ad* ORIENTEM *spectat.* Tandem & C. Sollius Sidonius Apollinaris lib. 2. Epist. 10. ad Hesperium: *Arce frontis ortum prospicit æquinoctialem.*

III. Sed nec causæ defuerunt Ecclesiæ, cur hujusmodi consvetudinem in orando sectaretur. Principiò vel ipsum naturæ lumen unicuiq; dictitat, DEo, ad qvem preces nostra dirigimus, tribuendum esse locum istum, qui sit præstantissimus cunctorum. Quamvis enim is ob immensitatem essentiæ sit ubique, quod etiam Scriptura sacra passim indicat, veluti Ps. CXXXIX. 7. seqq. Esa. LVI, 1. Jer. XXIII, 24.

&

& alibi: nihilominus præcipuè in ipsis etiam sacris sedes ac domicilium ejus in cælo constituitur, quod cælum longè præstantius sit terrâ, Huc spectat, quod David ait Psal. CXV, 16: *Cælum Domino servatum est, terram autem dedit hominibus.* Cujus causam Athanasius lib. contra Sabellium hanc esse ait, ut *& sublimitas illius ac magnificentia, & istorum humilitas ex usu loquendi significetur.* Unde & gentes omnes moratiores manus inter precandum ad cœlum tollere consvevêrunt, sicut & observat Auctor lib. de Mundo, qui putatur esse Aristoteles, c. 2. Ac meninêre ejus ritus passim & alii ex Scriptoribus profanis. Sic enim Homerus Odyss. 1:

— — Ille continuò Regi Neptuno
Supplicabat, manus extendens in cælum stelliferum.

ὀρέγων εἰς οὐρανὸν ἀστερόεντα. Et de Pythagorâ Jamblichius in vitâ ejus: *Dicebat non esse è lecto surgendum, posteaquam sol oriatur,* ἀλλὰ τὸν μὲν παραφυλάττειν, ὅπως ἀνιόντα προσεύξωνται, *sed observandum quidem esse solem, ut Orientem adorarent.* Porrò & Apollonius Rhodius lib. 1. Αργον:

——— ——— ——— Et mulieres
Sublatis in cælum, εἰς αἰθέρας, *manibus Deos solicitissimè*
Orabant, optatum impertirent reditum.

Ad hæc Lucianus in Philopatride: *Nos Athenis ignotum inventum adoremus, manus in cælum tendentes,* χεῖρας εἰς οὐρανὸν ἐκτείναντες, *gratias illi agamus.* Non minus verò & Latini Auctores huius ritus faciunt mentionem. Sic enim Valerius Flaccus lib. 1. Argonaut:

-- -- -- tendensq; pias ad sidera manus
Omnipotens Regina, inquit.

Et lib. 4.

Sustulit hic geminas Phineus ad sidera palmas.

Virgilius quoq; lib. 1. Æneidos:

Ingemit & duplicis tendens ad sidera palmas
Talia voce refert.

Rursus

Rursus lib. 2. Æneidos:

At Pater Anchises oculos ad sidera lætus
Extulit, & cælo palmas cum voce tetendit.

Et lib. 3. Æneidos.

At Pater Anchises passis de littore palmis
Numina magna vocat.

Porrò & Horatius lib. 3. Od. 23:

Cælo supinas si tuleris manus
Nascente Luna rustica Phidele.

Ovidius insuper lib. 8. Metamorph.

-- -- -- *Ad sidera supplex*
Crassa manus tollens.

Et lib. 1. Trist. Eleg. ult:

Ipse gubernator tollens ad sidera palmas
Exposcit votis immemor artis opem.

Denique & Livius lib. 5. de Camillo: *Dicitur manus ad cælum tollens ita precatus esse.* Et lib. 36. *Nixæ genibus supinas manus ad cælum ac Deos tendentes orantesq;.* Jam & Oriens præstantior est aliis mundi plagis. Exordium namq; est diei ac lucis, indeq; supremum cælum suum auspicatur motum. Meridies autem ipsius diei motusq; diurni est medium; medio autem sine dubio prius est principium. Occidens porrò finis est diei & terminus lucis, initium contra tenebrarum. Septentrio autem punctum est meridiei oppositum, nocturnum per medium dirimens veluti & dissecans cæli motum. Manu ducit ergò nos vel ipsamet ratio, ut Orientem præcipuè DEo tribuamus, atq; hinc & preces nostras, eò conversi, ad DEum dirigamus. Quod & Gentiles rursum observasse passim probatissimi quiq; Scriptores confirmant. Ita de Magis memorat Herodotus, qvod *soliti fuerint contra Solis ortum adorare.* Et Virgilius lib. 12. Æneid. scribit:

Illi ad surgentem conversi lumine Solem
Dant fruges manibus salsas.

Ad

Ad quem locum Servius: *Non utiq; Solem, ait, surgentem dixit. Iam dudum n dies erat, sed disciplinam ceremoniarum secutus est, ut Orientem spectare diceret eum, qui esset precaturus.* Et Ovidius lib. 4. Fastorum:

Hæc Dea placanda est, hanc tu conversus ad ortus
Dic quater.

Apulejus quoq; lib. 2. de asino aureo de Sacerdote quodam Ægyptio: *Tunc Orientem obversus & incrementa Solis augusti tacitus imprecatus venerabilis scenæ facie studia præsentium ad miraculum tantum certatim advexit.* Rursum Lucianus in Menippo suo seu Necyomantiâ: *Homo me suscipiens primum abluit ad Euphratem, mane Solem Orientem versus perducens ac sermonem quempiam longum mussitans, quem non admodum exaudiebam.* De Numa adhæc refert Plutarchus in vitâ ejus, quod *præceperit subdelegatis suis preculas suas versus Solis Orientem instituere.* In templis quoque suis hinc aras versus Orientem collocatas habebant, ut huc orantes verterentur. Testatur id Vitruvius lib. 4. Architect. c. 5. & 8, ubi de structurâ ædium sacrarum agens inquit: *Signa in cellis collocata spectare ad vespertinam cæli regionem debere & ARAS AD ORIENTEM, ut qui adierint ad aram immolantes aut sacra facientes, spectent ad partem cæli Orientis.* Idem habet Porphyrius de antro Nympharum, ubi quærit, cur antrum hoc ostium habuerit Diis præparatum in australi plagâ: ὡς ἂν σχεδὸν πάντων τῶν ἱερῶν τὰ μὲν ἀγάλματα καὶ τὰς εἰσόδους ἐχόντων πρὸς ἀνατολὰς τετραμμένας. τῶν δὲ εἰσιόντων πρὸς δύσιν ἀφορώντων, ὅταν ἀντιπρόσωποι τῶν ἀγαλμάτων ἑστῶτες, τοῖς θεοῖς λιτὰς καὶ ἱεραπείας προσάγωσι, *Cum omnia ferè templa statuas ingressusq; versus ortum habeant: ingredientes autem occasum respiciant, ubi vultu statuis obverso consistentes Diis honorem cultumq; tribuunt.* Deniq; & Higinus de limitibus: *Secundum antiquam consuetudinem limites diriguntur, qua-*

re non omnis agrorum mensura in Orientem potius, quàm Occidentem spectat. In Orientem, sicut ædes sacræ.

IV. Irrepsére tamen hîc citò satis horrendi abusus, ut Solem ipsum, quem in Oriente primum oculis usurpabant, homines adorarent, quod præ aliis operationes ejus essent gratæ & planè insignes. Quâ de re Diodorus Siculus lib. 1. Bibliothecæ: *Homines antiquissimi mundum supra se contemplati nec absq; stupore admirati, universi naturam existimarunt esse DEos æternos ac primos, Solem & Lunam.* Et Prodicus Chius apud Sextum Empiricum lib. 8. adversus Dogmaticos affirmat homines *Solem Lunam & cætera* ὠφελοῦντα τὸν βίον *pro Diis habuisse,* διὰ τὴν ἀπ᾽ αὐτῶν ὠφέλειαν, *ob utilitatem & adjumenta ipsorum.* In specie de regibus Ægyptiis memorat Plinius lib. 36. c. 8, quod *obeliscos, referentes figuram radiorum Solis, Numini consecrarint, idq; primum instituisse Mithram, qui in Solis urbe,* Heliopoli scilicet, *regnavit.* De Assyriis quoq; Macrobius lib. 1. Saturnal. c, 23: *Assyrii,* inquit, *sub Iovis nomine, quem Dia Heliopoliten cognominant, maximis ceremoniis celebrant in civitate, quæ Heliopolis nuncupatur.* De Persis porrò Herodotus in Clio: θύουσι ἡλίῳ, *sacrificant Soli.* Et Strabo lib. 15: τιμῶσι δὲ καὶ ἥλιον, ὃν καλοῦσι Μίθραν, *Venerantur verò & Solẽ, quẽ Mithrã vocant.* Sed & de Libyę populis Herod: rursum in Melpomene: θύουσι Ἡλίῳ καὶ σελήνῃ μούνοισι, τούτοισι μὲν νῦν πάντες λίβυες θύουσι, *Sacrificant Soli & Lunæ solis, quibus omnes Libyæ populi solent immolare.* De Massagetis insuper Strabo lib. 11: *Tantummodo Solem Deum putant, atq; illi equum mactant.* De Germanis deniq; Julius Cæsar: *Deorum,* inquit, *numero eos solos dicunt, quorum opibus apertè juvantur, Solem & Vulcanum & Lunam.* Fuisse verò jam ab antiquo Solis cultum Paganis in usu, vel ex ipsis sacris literis constat. Sic enim Moses Deut. c. IV. 19: *Ne tollas*

oculos

oculos tuos versus cælum & adspicias Solem ac Lunam & stellas cum universo exercitu cælorum, & impulsus adores atq; coles ea. Nisi enim jam isto tempore Solis cultus passim apud populos invaluisset, interdicto isto opus haud fuisset Sed & comprobat antiquitatem cultus istius locus ille ex Jobo cap. XXXI. 26, 27: *Si vidi Solem, quando splendebat, & Lunam* (à quâ) *pretiosum abit: & seduxit sese in abscondito cor meum & osculatum est manum meam os meum, etiam hoc fuisset iniquitas judicata, quia abnegassem Deum desuper.* Solebant enim Pagani Solem adorare manum osculantes, seu dexteram ori admoventes. Quod colligitur inter alia etiam ex 1. Reg. *XIX*, 18, ubi hæc habentur verba: *Genua mihi reservavi, quæ non sunt incurvata ante Baal, & omne os, quod non adoravit eum, osculans manum.* Sed & apud ipsos gentiles Scriptores passim mentio fit hujusce ritus. *In adorando dextram ad osculum referimus*, inquit Plinius lib. 28. c. 2. Et Apulejus Apol. 2: *Nulli Deo ad hoc ævi supplicavit: nullum templum frequentavit, si fanum aliquod prætereat, nefas habet adorandi gratiâ manum labris admovere.* Rursus lib. 4. Metamorphoseon: *Et admoventes oribus suis dextram, priore digito in erectum pollicem residente, ut ipsam prorsus Deam Venerem religiosis adorationibus venerabantur.* Ex Græcis eundem morem confirmat Lucianus in Encomio Demosthenis. Cum enim Demosthenes dixisset, post salutatos Deos se sponte secuturum, moxq; manum labris admovisset, subdit: *Ego sic sperabam facturum, cum ille manum ori admovet: neque ego suspicabar eum aliud facere, quàm orare Deos.* Et lib. de Saltatione: *Quid verò Græcorum gentes tibi commemorem, cum Indi quoq;, posteaquam manè è strato surrexerint, Solem precibus sint venerati, quanquam non, quemadmodum nos deosculata manu perfectam precationem esse arbitramur.* Deniq;

niq; etiam ex nostris hujus rei mentionem injiciunt non pauci, interq; eos & Minutius Felix in Octavio, nec non Hieronymus l. 3. adv. Ruffinum & comment. in c. 13. Oseæ. Ne ergò cultu idololatrico, ad quem admodum proclives erant, irretirentur & Judæi, voluit Deus ad tempus morem istum suspendi atq; altare apud illos ad Occidentem erigi jussit, quo ad hunc conversi orarent. Colligere id in promptu est ex c. VIII. Ezech. v. 17, ubi Propheta reprehendit Sacerdotes, quorum munus erat legem vindicare atq; ritus ejus religiosius observare, quod *terga contra arcam Domini vertissent atq; ad Orientem conversi Solem venerati fuissent*, sicut & observat Walafridus Strabo l. c. dicens: *Invehitur hoc loco Propheta in istos viros, qui præter morem versus Solem orientem orarunt.* Sed & Exod. XXVII. ostium tabernaculi ad Orientem poni jubetur, ut Judæi ingressi oculos ad altare ostio oppositũ, adeoq; in Occidentem defixos haberent. Josephus insuper lib. 8. Antiquitatum templum habuisse scribit ostium versus Orientem, ita *ut Sol inde exoriens subitò per templi & oraculi ostia radios dirigens arcam & propitiatorium collustraret ac veluti primus DEum adoraret in eo super Cherubim residentem, quo Iudæi à Sole discerent non solem, sed Deum in templo adorare.* *Conversum*, inquit & Anastasius Nicænus quæst. 18. in Scripturam, *templum Salomonis non ad Orientem, ne precantes adorarent Solem orientem, sed Solis Dominum.* R. Moses Maimonides jam Abrahamum ait hunc sanctuario ob istam causam destinasse locum. Sic enim ille in Opere suo More Nebochim parte 3 cap. 45: *Expressè*, inquit, *docent Rabbini nostri in Gemara, Abrahamum Patrem nostrũ designasse Occidentem pro loco sancti sanctorum. Causa autem hujus rei meo judicio est, quod cum communis eo tempore superstitio fuerit, Solem adorare ac pro Deo habere, sine dubio*

omnes

omnes homines ad Orientem se converterint. Itaq; convertit se Abraham Patriarcha ad Occidentem in monte Morijah, hoc est, in sanctuario, ita, ut tergum suum Soli obverterit. An ignoras enim, quid fecerint Israelitæ, cum apostatarent, & ad errores istos antiquos declinarent? Posteriora sua (inquit Propheta) verterunt templo Dei & faciem suam ad Orientem versus & curvabant se ad ortum Solis, vel versus Occidentem ipsi Soli. Tu hoc admiratione & notatu dignum observa.

V. Cæterum per Messiam tollendus erat plurium Deorum cultus, quemadmodum prædixerat etiam Esaias Propheta c. II. 17, 18 scribens: *Dominus solus superior erit in die illo: Idola autem in universum permutabit* sive perdet, aut tollet de medio. Non inconveniens ergò erat, ut ab Ecclesiâ, in quâ idololatria funditus erat destructa, antiqvus ille versus Orientem precandi mos, ad quem natura ipsa hominem ante duxerat, renovaretur. Non enim eò Christianismus noster directus est, ut naturam in iis, quæ rationi sunt conformia, impediat, sed potius, ut perficiat eam & exornet. *Quandoquidem apud nos,* Christianos, ait Justinus l. c. *præstantissima quæq; ad honorem & venerationem Dei destinamus, opinione autem hominum præstantior est Oriens aliis creaturæ partibus, eam ob rem precationis tempore vultu ad Orientem omnes convertimur, perinde atq; dextrâ manu in nomine Christi eos consignamus, qui sigillo tali indigent eò quod præstare sinistra putetur, quamvis positurâ, non naturâ ab illâ differat.* Et Damascenus lib 3. de Orthod. fide c. 13: *Ea pars, quâ Sol oritur, Deo adorationis ergò assignanda. Ei siquidem omne bonum consecrare par est, à quo quicquid boni est, bonitatem accepit. Quia divus quoq; David his verbis utitur: Regna terræ cantate Deo: psallite Domino, qui ascendit super cælum cæli ad Orientem.* Tantò pronius autem ritum hunc susce-

 perunt.

perunt Christiani, quò à Judæis & Judaizantibus discriminarentur. Non enim deerant, qui rituum Judaicorum observantiam omnimodè necessariam esse & quidem sub dispendio salutis dictitarent. Ut taceamus, quod Occidens veteris, Oriens autem novi Testamenti referat conditionem. In veteri enim Testamento mysteria Dei imperfectè & obscurè proponebantur: in Novo autem manifestissimè proponuntur. Unde & nocti illud, hoc diei comparat Apostolus Rom. XIII, 12. *Comparat diei scientiam & ignorantiam nocti*, ajunt Hieronymus & Primasius in comment. Et Theodoretus: *Noctem*, inquit, *vocat tempus ignorantiæ, diem autem tempus post adventum Domini. Exortus enim Sol justitiæ divinæ cognitionis radiis orbem terrarum illuminavit.* Meritò ergò Judæi, ad quos pertinebat vetus pactum, versus occidentem; Christiani autem, ad quos novum foedus spectat, ad Orientem se precaturi convertunt. Cum enim antè, æquè ac Judæi, essent *tenebræ*, nunc *lux facti sunt in Domino*, seu beneficio Christi Eph: V, 18. *Quoniam diei natalis*, ait Clemens rursum Alexandrinus lib. 7. Stromatum, *imago est Oriens, atq; illinc quoque lux augetur, quæ primum illuxit ex tenebris, iisq; qui voluantur in ignorantia exortus est dies cognitionis veritatis, quemadmodum Sol oritur, ideo ad ortum matutinum habentur preces.*

VI. Ulterius ex Gen. II, 8, constat, quod Paradisus, prima nostra patria, in Oriente fuerit situs. Sic enim dicto loco Moses: *Plantavit Deus Paradisum voluptatis, hortum in Eden ab Oriente, in quo posuit hominem, quem formaverat.* Ast expulsi inde fuerunt rursum Protoplasti, posteaquam Deo se immorigeros præstiterunt, qui & in plaga eius orientali Cherubim, id est, Angelos, humanam formam habentes, posuit cum gladio versatili, Gen. III, 24, ne ipsis & posteris

steris

ſceris eorum reditus ad locum hunc pateret. Hujus miseræ conditionis, quam poſt Tragicum illum Protoplaſtorum lapſum ſubimus omnes, meritò recordamur, quando preces fundimus, ut tanto majori deſiderio perveniendi ad cæleſtem Paradiſum, cujus ille imago erat, teneamur. Reſpicit huc Clemens Romanus, aut quicunq; tandem Auctor eſt conſtitutionum Apoſtolicarum lib. 2. cap. 57: *Cuncti conſurgentes --- DEUM precantur --- idq́ ad Orientem, unde primus homo, neglecto Dei mandato, conſilio ſerpentis ejectus eſt.* Pariter & Athanaſius l. c: *Audiant fideles & diſcant, quod ſancti Apoſtoli Chriſtianorũ Eccleſias ideò juſſerunt Orientem verſus ſuas preces fundere, ut ad Paradiſum, unde cecideramus, reſpicientes, ſuppliciter à Deo petamus, ut in antiquam nos patriam & locum, unde cecidimus, reſtituere velit.* Conſentit his & Baſilius Magnus l. c. ſcribens: *Omnes ſpectamus ad Orientem, cum precamur; pauci tamen novimus, quod id facientes antiquam requiramus patriam, videlicet Paradiſum, quem conſtituit Deus in Eden ad Orientem.* Sed & Gregorius Nyſſenus homil. 5. in Orat. Dominicâ in eandem ſententiã: *Ad Orientem,* inquit, *nos convertimus, non quod Deus illic duntaxat videatur: qui enim ubiq́ eſt, in nulla parte peculiariter ac ſeparatim comprehenditur: nam ex æquo continet res univerſas. Sed quod in Orientis partibus prima nobis patria ſit, Dico autem de eâ, quam in Paradiſo habuimus, habitatione, ex quâ ejecti ſumus. Plantavit enim Deus Paradiſum in Eden in partibus orientalibus. Igitur ad orientales partes reſpicimus, & recordamur, quemadmodum ex lucidis & Orientalibus beatitudinis locis ejecti ſumus.* Porrò & Damaſcenus loc. cit: *Prætereà ad hunc modum loquitur Scriptura: Plantavit Deus paradiſum in Eden ad Orientem, ubi hominem, quem efſinxerat, collocavit, eumq́ violato præcepto expulit, atq́ è regio-*

gione paradisi voluptatis constituit, hoc est, ad occasum. Quo fit, ut veteris patriæ desiderio ad eam defixos oculos habeamus, cum Deum oramus. Et Germanus, Patriarcha Constantinopolitanus, in Theoriâ rerum Ecclesiasticarum: *Orientem versus precamur, quod nos denuò Paradisum illum expetimus & speculamur ab Oriente recuperatum iri expectantes.* Deniq; subscribit his & Honorius Augustodunensis lib. 1 Gemmæ animæ, sive de antiquo Missæ ritu c. 95: *Quia in Oriente, ait, est patria nostra, scilicet Paradisus, inde expulsos nos dolemus. Orantes ergò contra Paradisum nos vertimus, quia reditum illius petimus.* Petere autem illum non possumus ab ullo alio, quàm vero & vivo Deo, cujus similitudinem quandam Oriens refert, observante id etiam Lactantio lib. de Orig. error. c. 10. his verbis: *Oriens Deo similis censetur, quia ipse luminis fons & illustrator est rerum, & quod oriri nos faciet ad vitam æternam. Occidens autem conturbatæ illi pravæq; menti adscribitur, quod lumen abscondat, quod tenebras semper inducat & homines faciat occidere atq; interire peccatis.* Ad Orientem ergò precaturi Christiani faciem dirigebant, ut admonerentur ad DEUM consurgere, sicut inde cælum surgit. Ita Athanasius loc. cit: *Non ideò adoramus ad Orientem, quod in eâ parte mundi aliquo modo circumscriptus habitet: sed quia Deus lux est vera diciturq; eam ob causam ad creatum istud lumen conversi, non illud, quod creatum est, lumen, sed ejus luminis creatorem adoremus, & ex elemento omnium splendidissimo omnium elementorum splendissimum creatorem Deum veneramur.* Sed & Augustinus lib. 2. de Serm. Domini in monte cap. 5: *Cum ad orationes stamus, ad Orientem convertimur, unde cælum surgit: non tanquam ibi sit Deus & quasi cæteras mundi partes deseruerit, qui ubiq; præsens est non locorum spatiis, sed majestate potentiæ: sed ut admoneatur*

tur

tur animus ad naturam excellentiorem se convertere, id est, ad Dominū, cum ipsum corpus ejus, quod est terrenum, ad corpus excellentius, id est, ad corpus cœleste convertitur. Idem repetit serm. 182. de temp: scribens: *Cum ad orandum stamus, ad Orientē vertimur; unde cœlum surgit: non ideò, quod ibi sit Deus, tanquam cæteris mundi partibus relictis: sed ut admoneatur animus ad excellentiorem naturam consurgere, id est, ad Deum.*

VI. Porrò in specie per Orientem designatur media divinitatis persona, Servator noster, Jesus Christus, qui & in carne manifestatus, Orientem solum corporali suâ præsentiâ dignatus est. Sic enim de illo Deus apud Zachariam c. III, 8: *Adducam ego servum meum Orientem.* Ubi LXX habent vocem, ἀνατολὴ, quæ propriè usurpatur de ortu Solis, Lunæ & stellarum. Unde & Ambrosius lib. 1. Epist. 8 verba Prophetæ ita adducit: *Ecce ego mittam servum meum. Oriens nomen est ei. Dicit ei,* Jesu filio Jesedech, ait Hieronymus ad c. 3. Zach. *& amicis illius plenam & perfectam beatitudinē tunc futuram, quando veniet Oriens, de quo scriptum est: Ecce vir Oriens nomen ejus. Et in Malachiâ: Orietur vobis timentibus nomen meum Sol justitiæ. Et in Numeris: Orietur stella ex Iacob, & homo ex Israël.* Et Cyrillus Alexandrinus in Comm. ad eundem loc: *Sed idem,* Christus, *& Oriens erat, id est, Sol justitiæ. Exortus est enim, & illuminavit nos velut in tenebris degentes, & tantū etiam non tanquam nocte & veterno obrutos mundanis voluptatibus mentisq; oculum tenebris offusum habentes, excitavit ad vigiliam, & gratiâ suâ nos illustravit.* Et posteà: *Nominat,* Christum videlicet, *servum, quoniam in servi formâ venit. Orientem, quia verum lumen est, idem & dies, & clarus Lucifer in mentibus exoriens, & corda lucida efficiens.* Neq; dubium est, quin ad hunc locum respexerit etiam alter Zacharias, Sacerdos, cum in hymno suo canit: *Ex intimâ*

misericordiâ Dei invisit nos ἀνατολὴ ἐξ ὕψους, *Oriens ex alto*, Luc. 1, 78. Vocatur Oriens ex alto ratione divinitatis: quoad humanam enim naturã ex terrâ ortus est, sicuti annotat & Chrysostomus, citante Photio, scribens: Αὕτη γοῦν ἡ ἀνατολὴ ἐξ ὕψους ἀνέτειλε, καὶ ἀπὸ γῆς. ἐξ ὕψους μὲν κατὰ τὴν θεότητα, ἀπὸ γῆς δὲ κατὰ τὴν οἰκονομίαν, *Hic Oriens ex alto ortus est & è terrâ: ex alto quod ad divinitatem; è terrâ, quod ad humanam naturam.* Cujus respectu & *stella* vocatur *ex Iacob oriunda* Nũ. XXIV, 17, quemadmodum utriusq; ratione habitâ *Sol* nuncupatur *Iustitiæ* Mal. IV. 2. Ad Orientem ergò conversi precabantur Christiani, ut Christum hoc ipso sibi velut in imagine quadam ob oculos ponerent, ei, ceu vero justitiæ Soli, honorem, quem alteri Soli gentiles vindicarant, deferrent, atq; sic superstitionem majorum suorum corrigerent & emendarent. Quo spectant illa Justini ex Dialogo cum Tryphone: *Solem quidem DEus permisit prius adorari, quemadmodum scriptum est, verùm nunquam quenquam videre fuit, qui propter fidem in Solem mortem subiisset. Propter nomen autem Iesu ex omni hominum genere & sustinuisse & sustinere supplicia potius omnia, quàm ut eum negent, cernere licet. Ardentius namq; ejus est, veritatis scilicet & sapientiæ verbum, & lucidius multò quàm Solis virtutes: & in recessus cordis atq; mentis penetrat. Unde & dictum est: Super Solem exoriatur nomen ejus: & item, Oriens nomen ejus Zacharias effert.* Sed & Tertullianus huc respexit lib. contra Valentin. c. 3. dicens: *Nostræ columbæ, domus simplex, etiam in editis semper & apertis & ad lucem: amat figuram Spiritus sancti, Orientem Christi figuram.* Nec omittendus nobis Corippus, antiquus Poëta, qui sub Justino Imperatore Sec. VI. floruit: Sic enim ille lib. 1 canit:

Hunc veterem primi ritum non ritè colebant,
Esse DEUM Solem rectâ non mente putantes.
Sed factor Solis, postquam sub Sole videri
Se voluit, formamq; Deus de Virgine sumpsit

Huma-

Humani generis, tunc dempto Solis honore
Est Christo delatus honos.

Johannes Damascenus loc. cit: *Non temerè ac sine causâ ad Orientem conversi adoramus. Nam quia ex visibili simul & invisibili, hoc est, ex eâ naturâ, quæ intelligentia percipitur, & ex eâ, quæ in sensum cadit, constamus, duplici quoq; proinde adorationis genere illum rerum omnium parentem & architectum afficimus: quemadmodum videlicet & mente & corporis labiis psallimus, & aquâ simul & Spiritu baptizamur, & duplici modo Domino copulamur, nempe dum sacramenta & Spiritus gratiam percipimus. Quoniam igitur Deus spiritale est lumen, & Sol justitiæ ac Christus in literis sacris Oriens appellatur, idcirco nobis faciendum est, ut eam partem, quâ Sol oritur, ipsi adorationis ergò assignemus.* Walafridus Strabo de rebus Ecclesiasticis c. 4: *Orientem versus facies orando vertimus: quia sicut ab Oriente lucis adventum suscipimus corporeæ: sic in orationbus illuminari super nos vultum illius deposcimus, de quo scriptum est: Ecce - - - Oriens nomen ejus. Et: Visitavit nos Oriens ex alto.* Honorius Augustodunensis l. c: *Alia,* nempe causa est precum versus Orientem, *quia Christum, qui est Oriens & lux vera, nos adorare significamus, cujus debemus esse cæli, ut ejus lux in nobis velit oriri.* Deniq; Germanus, Patriarcha Constantinopolitanus, l. c: *Orientem versus,* ait, *precari traditum est, ut & reliqua, ab Apostolis sanctis; & ita res habet, propterea, quod spiritalis Sol justitiæ, Christus Deus noster, in terrâ apparuit in Orientis Solis sensibilis partibus, ut Propheta inquit: Oriens nomen ei est.*

VII. Quemadmodum autem Christum adorant Christiani, quo ipso ab infidelibus, Judæis, Paganis, Muhammedanis, distingvuntur: ita & ab ipso preces eorum omnem suam vim habent. Ipse enim exauditionem precum nobis morte suâ, quam in arâ crucis pertulit, est promeritus. Jam autem pe-

pendit Christus ita in cruce, ut ad occasum prospiceret. Ita enim fert traditio vetus, cujus meminit & Hieronymus in cap. 15 Marci, dicens: *Ipsa species crucis quid est nisi forma quadrata mundi? Oriens de vertice fulgens, Arcton dextra tenet, auster in læva consistit, Occidens sub plantà firmatur.* Sedulius quoq; lib. 4 Carm. Paschalis:

> *Occiduo sacro labuntur sidere plantæ:*
> *Arctum dextra tenet, medium læva erigit axem.*

Citat hos versus & Beda cap. 89 in Lucam. Ad Orientem ergò se verterunt inter precandum Christiani, ut Christum crucifixum rectâ veluti intuerentur atq; memoriam ejus sibi refricarent, cogitantes, non per alium, quàm hunc ipsum, sibi aditum patere ad Deum. Judæi meritò ad austrum vertebant facies suas inter orandum, inter alia & ideò, quod Bethlehem, unde nasciturus erat Dominus, versus hunc quoad Jerusalem, ubi ordinariè preces suas peragebant Judæi, Joh. IV, 20, 21, sita erat. Quod observavit inter alios etiam Athanasius rursum d. l. ita scribens: *Ad Austrum intendere Iudæis Prophetæ præceperunt, quod ex Austro, quoad Ierusalem scilicet, ex Bethlehem nasciturus erat Dominus. Unde & Propheta dixit: Deus ab austro veniet, hoc est, à noto, qui dicitur Theman. Nos Christiani autem meritò ad Orientem vultum nostrum inter precandum dirigimus, quod illic stetit crux, atq; ad se veluti invitavit, ut meriti sui & passionis nos participes redderet.* De servo Stratonis illius, qui Tyriorum posteà Rex factus, memorat Justinus Historicus in Trogi Epitome lib. 18. c. 3, quod ex consilio Domini Orientem Solem in Occidente quæsierit ac repererit. At Christiani è contrario Christum, justitiæ Solem, Occidentem, id est, pro se morientem in Oriente quæsiverunt, eumq; adorantes animi illuc oculis spectarunt. *Tum etiam Dominus*, ait Damascenus loc. cit. *cum in cruce penderet, ad occasum prospiciebat eoq; nomine ita adoramus, ut eum obtueamur.*

VIII.

VIII. Porrò & ideò ad Orientem spectabant Christiani oraturi, ut mortis Christi ac resurrectionis, in quarum illâ veluti occidit, per hanc autem quasi rursum exortus est, nec non ascensionis ejus & descensus de cælo recordarentur. Ascendit enim in cælum ex monte Oliveti. Hic verò è regione Jerusalem situs est ad Orientem, quemadmodum testatur & Josephus lib. 6. de bello Judaico c. 3 (8) scribens: *His praeceptum erat sexto ab Hierosolymis stadio castra ponere, quâ in parte mons, Oliveti dictus,* ὃ τῇ πόλει πρὸς ἀνατολὴν ἀντίκειται, *qui è regione civitatis ad Orientem situs est.* Unde & Zacharias de ascensione Christi oraculum edens c. XIV, 4: *Stabunt pedes ejus super montem olivarum ad Orientem.* Putant autem cum, cum cælum ascenderet, faciem itidem à Jerusalem avertisse versus occidentem, idq; verisimile reddere conantur ex ultimis pedum ejus vestigiis, ad hujus rei memoriam petroso monti instar ceræ impressis, quæ etiamnum visuntur, quod unanimi consensu testantur, qui terram sanctam lustrarunt. Veluti Christophorus Radzivilius Dux Epist. 2, Alexander Comes Palatinus, Johannes Werli à Zimbern / Jacobus Wormser, Melchior Seydlitz / Johannes Tücher / Daniel Ecklin ab Arow / Johannes de Montavillâ, Rudolphus à Suchen in suis Itinerariis: necnon Salomon Schweiger in sui Itinerarii lib. 3. c. 36; item Johannes Schwallert / lib. 3. Itinerarii; deniq; & Adrichomius in Theatro Terræ sanctæ in descript. Hierosolym. n. 192. *Ad Orientem,* inquit Joannes Hierosolymitanus loc. cit. *adoramus Dominum Deum nostrũ, qui propter nostram salutem atq; redemptionẽ super occasum sanè descendit, utpote in passione ac morte occasurus: ad Orientem verò ascendit, utpote à mortuis post passionem resurgens & in cœlum post resurrectionem ad Orientem ascendens.* Quod autem etiam in adventu secundo Occidentem versus conversurus sit faciem, colligunt ex illo, quod Act. I, 9 dicitur: *Quemadmodum vidistis*

distis eum ascendentẽ, ita veniet. Rursus, inquit Damascen9 de Servatore loquens, *cum in cælum reciperetur, ad ortum efferebatur: sicq; à discipulis adoratus est, atq; ita venturus est, ut eum in cælum euntem conspexerunt; quemadmodum ipse quoq; Dominus dixit: Sicut fulgur exit ab Oriente & apparet usq; in Occidentem, ita erit adventus Filii hominis. Quocirca ejus adventum opperientes, ad Orientem adoramus.* Sed & Metrophanes Critopulus in Confess. Orient. Eccles. c. 21 hanc rationem cum unâ atq; alterâ præcedentiũ jungit, quando ita scribit: *Consvetudinem orandi ad Orientem Ecclesia ab initio suscepit, non quod Deum ibi circumscriberet,-- sed quoniam stantes ad precandum, necessariò locum quendam intuemur. Locum proinde meliorem Deo consecramus. Præstantior autem est Oriens, quatenus lumini respondet. Præterea audimus Deum ad Orientem Paradisum plantasse, patriam illam nostram, priscam & beatissimam, quam dum quærimus & desiderio illius afficimur, illuc respicientes adoramus. Tertiò & manifestius, quoniam ab Oriente Domini, Judæis omnium, adventum præstolamur. Etenim ipse alicubi dicit: Sicut fulgur exit ab Oriente usq; in occidentem: ita erit adventus Filii hominis.* Simul verò & suam resurrectionem ac glorificationem sibi ad oculos hoc ipso sistere voluerunt Christiani. Quo respiciens Germanus, Patriarcha Constantinopolitanus, l. c: *Ad Orientẽ*, ait, *precantes expetimus denuo Paradisum illũ - recuperatum eum iri expectantes & etiam recipientes ortum illum lucis apparituræ in Domini secundo adventu & regeneratione.* Honorius Augustodunensis l. c: *Tertia*, inquit, *ratio, ob quam orantes ad Orientem nos convertimus, est, quia in Oriente Sol oritur, per quem Christus, Sol justitiæ, exprimitur; à quo promissum habemus, quod in resurrectione, ut Sol, fulgeamus. In Oratione ergò contra ortum Solis vertimus nos, ut Solem Angelorum nos adorare intelligamus, & ut ad memoriam gloriam*

nostræ

nostræ resurrectionis revocemus, eumq́; Solem, quem in Occidente quasi mori conspeximus, tantâ gloria resurgere in Oriente videamus. Et hæc etiam causa est, cur mortuos suos vultu, in cœlum supino atq; ad Orientalem plagam spectante, sepeliére, videlicet, ut vel sic quoq; adumbrarent resurrectionis mysterium, fore scilicet, ut quemadmodum Sol post occasum denuò oritur: ita & defuncti olim amicti gloriâ cælesti reviviscant. Notatq; Beda in cap. 16. Marci, quod etiam Redemptor noster ita fuerit sepultus, his verbis: *Introeuntes ab Oriente in domum illam rotundam, quæ in petrâ excisa, viderunt Angelum sedentem ad meridianam partem loci illius, ubi positum fuerat corpus Iesu. Hoc enim erat in dextris, quod nimirum corpus, quod supinum jacens caput habebat ad occasum, dexteram necesse haberet ad austrum.* Sed & Apostolorum Petri & Pauli corpora *contra Orientalem plagam* fuisse condita refert Isidorus Hispalensis lib. de vitâ & morte sanctorum c: 79 & 80. *Debet quis sic sepeliri*, ait Gvilielmus Durandus, Mimætensis Episcopus, qui Seculo XIII. à C. N. floruit, lib. 7. Rationalis divinorum officiorum c: 35, *ut capite ad occidentem posito, pedes dirigat ad Orientem, in quo quasi ipsâ positione ORAT, & innuit, quod promptus sit, ut de occasu festinet ad ortum, de mundo ad seculum.*

IX. Deniq; & officii sui rationem adumbrare hoc ritu voluerunt, quo, inquam, facto sibi opus esset, ut Deus precibus suis annueret, nempe, ut abjectis tenebrarum operibus arma lucis induerent. *Sicut enim lux*, ait iterum Lactantius lib. de orig. error. c. 10, *Orientis est, in luce autem vitæ ratio versatur: sic Occidentis tenebræ sunt, in tenebris autem & mors & interitus continetur.* Quam ob causam & Catechumeni olim, cum ad Baptismum accedebant, faciem ab Occidente ad Orientem convertebant, quasi pactum, cum inferno & morte initum, nunc dissolverent, &, abjectis pristinæ vitæ tenebris,

novam

novam Evangelicæ lucis gratiam salutarent. *Tantum enim*, ut iterum Lactantius, *hæc ab illis distant, quantum mala à bonis & vitia à virtutibus.* Inde Cyrillus Hierosolymitanus Catechesi 1. Mystagogicâ ita compellat illuminatos: *Ingressi estis porticum domus baptisterii & stantes versus Occidentem mandari vobis audistis, ut protensâ manu tanquā præsenti Satanæ renunciaretis. -- -- Quâ de causâ verò versus occasum steteritis, operæ pretium esse puto explicare. Cum Solis occasus apparentium tenebrarum sit locus, Diabolus autem sit tenebræ, robur in illis suum habet. Idcircò symbolicè occasum spectantes caliginoso illi tenebrarum principi renunciastis.* Et postea: *Cum itaq; Satanæ renunciaveris & omne cum illo pactum rescideris, veteres, inquam, pactiones cum inferno, aperitur tibi Paradisus DEI, quem ipse ad Orientem plantavit, unde propter mandati violationem primus parens noster pulsus est in exilium. Et hujus rei Symbolum est, cum ab occasu converteretis ad ortum, quæ lucis est regio.* Pariter & Hieronymus in cap. 6. Amos: *In mysteriis primum abnunciamus ei, qui in Occidente est, nobisq; moritur cum peccatis, & sic versi ad Orientem pactum inimus cum Sole justitiæ & ei servituros nos esse promittimus.* Accedit his & Dionysius Areopagita de Hierarchiâ Ecclesiasticâ c. 2 sect. 2 §. 6 scribens: *Sistens* (antistes) *exinde ipsum* (baptismi lavacro tingendum) *ad Occidentem prospectantem, manusq; versus illam plagam adversas protrudentem tertiò Satanam insufflare jubet atq; insuper abrenunciationis verba proferre: eiq; ter abrenunciationis solemnibus verbis propositis cum eandem toties conceptis verbis pronunciavit, ipsum ad Orientem transfert & in cœlum intuentem, manusq; attollentem, Christo cunctisq; sacris à DEo traditis eloquiis jubet assentiri.* Ulterius occurrit idem mos etiam in Severo, Patriarchâ Alexandrino, lib. de ritibus Baptismi. Ibi enim hæc leguntur verba: *Et obvertit se sacerdos ad Orientem ipsis*

bapti-

baptizandis respicientibus ad Orientē & imponit eis manū suam, atq; hanc adjurationem dicit, in omni invocatione faciens crucem super vultum eorum: Te invocamus, Domine Deus noster -- mutumq; reddimus in nomine tuo per omnia sancto omne dæmontum. Deniq; & in ordine Baptismi secundum usum Æthiopum sequentia hæc leguntur: *Postea detrahunt vestes eorum, qui baptizandi sunt, --- & erigunt manu eorum dexteras, & aspicere faciunt versus Occidentem, & abnegant Satanam. -- -- Postea vertunt eorum facies versus Orientem, & erigunt manus eorum dexteras altè, & dicunt: Credo in te, Christe, Deus meus.*

X. Ejusmodi cum ritus hic de causis ab Ecclesia sit introductus, absit, ut eum reprehendamus. Hic enim rituum finis inter alios est, ut aut memoriam Christianis, maximè imperitis refricent rerum gestarum, quo fine & imagines in templis ponuntur, tanquam βίβλοι ἀγραμμάτων καὶ στηλογραφίαι, hoc est, *Laicorum biblia & memoriæ columnæ. Quod* namq; *literatis est scriptura, hoc idiotis præstat pictura*, ut ait Gregorius M. lib. 9 Epist. 9: aut aliud quippiam significent, quâ de causâ campanis utimur. Pulsus enim illarum significat preces ad Deum esse fundendas, vel sacra publica instare. Quâ in re poësis consistit Christianorum. Facilius enim ut plurimum vulgus movetur ejusmodi externis in oculos incurrentib9, quâ ipsâ prædicatione verbi. Unde & in Eucharistiâ tot olim ceremoniæ fuére adhibitæ, *in quibus Christus Typicè veluti fuit figuratus & illa, quæ ad salutem nostram tùm fecit, tùm passus est*, ut bene monet etiam Jeremias, Patriarcha Constantinopolitanus, Responf. 1 ad lit. Tübingens: *Etenim in Psalmis*, pergit *& lectionibus & totâ Sacerdotis operatione, Domini* οἰκονομία *& administratio significatur, principia ejus primis sacrificij partibus repræsentantibus, media secundis, reliqua postremis, ita, ut ii, qui hoc exactè*, ἀκριβῶς, *intuentur, possint omnia illa oculis*

cta habere. Quæ omnia ibi fusius diducit, nec non Germanus l. cit. Nec refert, qvod hujusmodi ritus in Scripturis nulla mentio injiciatur. Quamvis enim in iis omnia contineantur, quæ ad salutem præcisè tam creditû, quam factû unicuiq; sunt necessaria, alia tamen rituum est ratio, quorum haud paucos, vivâ solùm voce Ecclesiis Apostolos tradidisse satis est compertum. Veluti Apostolos primum in quàq; hebdomadâ diem solenni festivitate à Christiano populo celebrari voluisse, fatentur omnes unanimi consensû. Sacrum enim hunc diem universam Ecclesiam jam inde ab Apostolorum temporibus habuisse, non solùm Justinus in Apologiâ ad Antoninum confirmat, sed & Ignatius, Johannis Auditor, in Epist. ad Magnesios id non obscurè innuit, quando *fideles* ait, *post Adventum Servatoris in novitatem spei venisse*, μήκετι σαββατίζοντες, ἀλλὰ κατὰ κυριακὴν ζωὴν ζῶντες, ἐν ῇ καὶ ἡ ζωὴ ἡμῶν ἀνέτειλεν, *non amplius sabbatizantes, sed secundum Dominicam viventes, in quâ & vita nostra orta est*. Unde Augustinus Serm. 251 de Temp. disertè scribit, *Dominicum diem Apostolos religiosâ solemnitate habendum esse sancivisse, quod eodem Redemptor noster à mortuis resurrexisset*. Ast hujus rei nulla fit mentio in Scripturis. Vocatur quidem in illis dies hæc, dies *Dominica* Apoc. I, 10, sine dubio ob resurrectionem Domini, quæ eâ die contingerat; verùm quod eâ die Apostoli jusserint Christianos publicos in Ecclesiâ conventus celebrare illic non dicitur, nec alibi in sacris expressè habetur. Quemadmodum nec hoc, quod Apostoli etiam infantibus baptismum conferendum esse sanciverint, & tamen Origenes lib. 5 Comment. in Epist. ad Romanos, *Ecclesiam* ait, *hanc traditionem ab Apostolis accepisse*. Et Augustinus illi consentiens lib. 10 de Genesi ad literam, c. 23 scribit: *Consvetudo matris Ecclesiæ in baptizandis parvulis nequaquã spernenda est, neq; ullo modo superflua deputanda, nec omninò credenda, nisi Apostolica esset traditio*. Deniq; ne eamus

longi-

longiùs, Festum Paschatos quoq;, nec non Pentecostes Apostolos instituisse idem Augustinus Epist. 118 c. 1, nec non Isidorus Hispalensis lib. 2 de Eccles. Offic. c. 43. docent; sed & lõgè ante illos Tertullianus adversus Psychicos c. 14. idem videtur innuisse, qvum ait: *Si omnem in totum devotionem temporum & dierum, & mensium & annorum evasit Apostolus* (videlicet Colos: 2, 14) *cur Pascha celebramus annuo circulo in mense primo, cur quinquaginta exinde diebus in omni exultatione decurrimus?* Tandem vel ipse Apostolus se præsentem vivâ voce traditurum aliqua Corinthiis, quæ ad disciplinam & ordinem spectarent, haud obscurè indicat 1 Corinth. XI, 34, quando scribit: *Cætera, cum venero disponam.* Quæ illa fuerint, alibi non dicitur. Augustinus tamen Epist. 118, fuisse inter ea dicit & traditionem illam, juxta quam Eucharistia sumatur à jejunis, utut Christus post cœnam eam instituisset. Sed & alibi Apostolus etiam traditionum non scriptarum meminit. Veluti II. Thess. II, 15: *Tenete traditiones, quas docti estis, sive per sermonem, sive per Epistolam nostram.* Unde & Epiphanius hæresi 61, quæ est Apostolicorum: *Oportet,* inquit, *& traditione uti. Non enim omnia Apostoli in scripturis tradiderunt, sed quædã in Scripturis, quædam in traditione, quemadmodum dicit Apostolus: Sicut tradidi vobis. Et alibi: Sic doceo, & sic tradidi in Ecclesiâ.* Et Chrysostomus Homil: 4. in 2 ad Thessal: considerans verba Apostoli ante adducta: *Hinc,* inquit, *patet, quod non omnia per Epistolam tradiderint Apostoli, sed multa etiam sine literis. Eâdem verò fide digna sunt tàm illa, quàm ista. Itaq; traditionem quoq; Ecclesiæ fide dignam putamus. Traditio est, nihil quære amplius.* Quibus gemina habent etiam alibi Eusebius lib. 1 de demonstr. Evang c. 8, Augustinus lib. 5. de Baptismo, c. 23, Damascenus de Imaginibus, c. 16, &c. Quid ergò si ex his, quæ sine literis Ecclesiæ tradita fuere ab Aqostolis, etiam sit ritus ille precandi ver-

ſus Orientem? Baſilius quidem id apertè docet lib. de Spiritu Sancto c. 27. Verba ejus ſunt: *Dogma & inſtituta, quæ in Eccleſiâ prædicantur, quædam habemus è doctrinâ ſcripto prodita: quædam rurſus ex Apoſtolorum traditione in myſterio, id eſt, in occultis tradita recepimus, quorum utraq; parem vim habēt ad pietatem, nec his quisquam contradicit, quiſquis ſanè vel tenuiter expertus eſt, quæ ſint jura Eccleſiaſtica. Nam ſi conſvetudines, quæ ſcripto proditæ non ſunt, tanquam haud multū habentes momenti conemur rejicere, imprudentes gravisſimum Evangelio detrimentum inferemus, imò potius ipſam fidei prædicationem ad nudum nomen contrahemus. Quod genus eſt, ut ſigno crucis eos, qui ſpem collocarunt in Chriſtum, ſignemus. Quis enim hoc ſcripto docuit? Item ut ad Orientem verſus precemur, Quæ enim & hoc nos docuit Scriptura?* Damaſcenus quoq; l. c. de hoc ipſo ritu verba faciens: *Eſt Apoſtolicum hoc,* inquit, *inſtitutum, literis ſacris haud quaquam proditum. Complura etenim illi nulla Scripturæ autoritate nixa, nobis tradiderunt.*

XI. Non difficile tamen fortaſſis eſſet, etiam ex ſcripturis ritus hujus conformitatem probare. Ait enim David Pſal: LXVIII, 34. juxta LXX verſionem: Ψάλατε τῷ θεῷ τῷ ἐπιβεβηκότι ἐπὶ τὸν οὐρανὸν τοῦ οὐρανοῦ κατὰ ἀνατολάς, *Pſallite Deo, qui aſcēdit ſuper cælum cæli ad* ORIENTEM. Et Pſal. CXXXII, 7: Προσκυνήσωμεν εἰς τὸν τόπον οὗ ἔστησαν οἱ πόδες αὐτοῦ, *Adoremus in loco, ubi ſteterunt pedes ejus.* Jam autem ſtetiſſe dicuntur *pedes Domini ſuper montem Olivarum ad Orientem* Zach. XIV, 4. Hoc Judæis, morem hunc Chriſtanorum vellicantibus, reſpōdebat Athanaſius l. 2. ſcribens: *Judæis reſpondemus, quod eam ob cauſam, qui fideles ſumus, adoremus ad Orientem, quod Spiritus ſanctus per Davidem Prophetam præcepit, qui dicit: Adoremus ad locum, ubi ſtetere pedes Domini. Quod ſi Judæus objiciat: Ubinam ſtetere pedes Domini? Zacharias*

Pro-

Propheta docet: Cum inquit, in Oriente pedes Domini stabunt, in monte Olivarum è regione Hierusalem. Unde & Iudæi, qui sunt Hierosolymis adorantes, versus Orientalem mundi plagam adorant, ad montem videlicet Olivarum. Citat ad idem confirmandum testimonia hæc etiam Germanus, Patriarcha Constantinopolitanus, loco ante producto. Præterea jubemur in Scripturis non solum patribus, sed & matribus nostris debitam obedientiam præstare. Veluti Proverb. I, 10, ubi Salomon: *Audi, Fili mi, disciplinam patris tui, & directionem matris tuæ ne repellas.* Et c. VI. 20 seqq. idem ait: *Custodi, Fili, præcepta patris tui & directionem matris tuæ. Alliga ea cordi tuo, idq; jugiter, & adnecte ea gutturi tuo, ut te proficiscentē deducant, & super dormientem excubent, cumq; evigilas, tecum disserant.* Faciendum id in omnibus, qvæ pietati non reclamant etiam iis, quæ alioqui per se sunt ἀδιάφορα. Fieri enim potest, ut ex talibus quoq; mater quidpiam liberis suis præcipiat, quo affectum ipsorum probet, quem declarare eos etiam hìc debito obsequio coguntur, si conscientiam suam sartam tectamq; servare velint; non, quasi rem adiaphoram negligere peccatum sit, sed qvod sine peccato parentibus obedientia in rebus licitis, cujuscunq; sint generis, nequeat denegari. Quod si verò & naturalium matrum præcepta etiam in iis, quæ ex conditione naturæ suæ ἀδιάφορα sunt, custodienda, qvanto magis exequenda erunt præcepta Ecclesiæ, *quæ nostrum omnium spiritualis mater est*, Gal. IV, 26: quamq; Servator ipse nos audire jussit sub pœnâ excommunicationis, qvum ait: *Qui Ecclesiam non audierit, sit tibi velut Ethnicus & publicanus*, Matt. XIIX, 17. Consvetudo autem ab Ecclesia universâ jam inde ab Apostolorum temporibus frequentata, instar præcepti cujusdam est aut legis. Nam & aliàs consvetudo vim legis habet, dummodò legi non sit adversa. Ex quo Hierocles: *Consvetudines*, inquit, *reverà patriæ & fortassis ipsis legibus vetusti-*

custiores, nihil minus quàm leges observandæ sunt. Et Menander in Androgino: *Nusquam*, ait, *negligenda est consvetudo.* Quibus consentiunt & leges tàm civiles, quàm Ecclesiasticæ. Παραφυλάττειν δεῖ τὸ ἔθος καὶ τὴν συνήθειαν, ait Harmenopulus ex l. de quibus D. de leg. & Senatus consult: *Custodiri id oportet, quod moribus & consvetudine introductum est.* Videlicet in iis, de qvibus nihil lege cautum est. Et lib. 1. in fine de aquâ & aquæ pluviâ arcendâ dicitur, *Si lex non inveniatur, vetustatẽ viam legis tenere.* Sed & lege 1. C. quæ sit longa cõsvetudo: *Consvetudo præcedens & ratio, quæ consvetudinem svasit, custodienda est.* In Corpore Canonico autem distinct. 2. can. 5, consvetudo definitur, *jus quoddam moribus institutum, quod pro lege suscipitur, cùm deficit, lex est.* Et additur: *Nec differt, an scripturâ an ratione consistat, quando & legem ratio commendat.* Sed & Patres idem passim confirmant. Sic enim Concilium Nicænum, Can. 20: *Consona & coveniens per omnes Ecclesias custodienda est consvetudo.* Hieronymus adv. Luciferianos: *Multa, quæ per traditionem in Ecclesiis observantur, autoritatem sibi scriptæ legis usurpaverunt, velut in lavacro caput ter mergitari, &c.* Et Augustinus Epist. 86, ad Casulanum; *In his rebus, de quibus nihil certi statuit Scriptura divina, mos populi Dei, vel instituta majorum pro lege tenenda sunt.* Epist. 118 ad Januarium: *Illa, quæ non scripta, sed tradita custodimus, quæ quidem toto terrarum orbe observantur, dantur intelligi vel ab ipsis Apstolis, vel plenariis Conciliis, quorum est in Ecclesia saluberrima autoritas, commendata atq; statuta retineri, sicut quod Domini passio & resurrectio & adscensio in cælum, & adventus de cælo Spiritus Sancti, anniversariâ solennitate celebrantur, & si quid aliud tale occurrerit, quod observatur ab universâ, quacunq; se diffundit, Ecclesiâ.* Et posteà: *Quid horum sit faciendum, si divinæ Scripturæ præscribit auctoritas, non est dubitandum, quin ita facere debeamus, ut legimus. -- Similiter etiam, si quid ho-*

rum tota per orbem frequentat Ecclesia. Nam & hinc, quin ita faciendum sit, disputare, insolentissima insania est. Lib. 2. adversus Donatistas c. 7: *Multa non inveniuntur iu Apostolorum literis, neq́; in Conciliis posterorum, & tamen, quia custodiuntur per universam Ecclesiam, non nisi ab ipsis tradita & commendata creduntur.* Et lib. 4. c, 24: *Quod universa tenet Ecclesia, nec Conciliis institutum, sed semper retendum est, non nisi Apostolicâ autoritate traditum rectissimè creditur.* Atq; hinc & aliqui inter hæreticos fuére scripti etiam ideò, quod istum totius antiquitatis ritum precandi adv. Orientem præfractè rejicere non dubitarint. Erat inter illos Elxai quidam, de quo ita Epiphanius hæresi 19, Num. 3: Κωλύει εἰς ἀνατολὰς εὔχεσθαι, φάσκων μὴ δεῖν προσέχειν οὕτως. ἐπὶ τὰ ἱεροσόλυμα δὲ ἔχειν τὸ πρόσωπον ἐκ πάντων τῶν μερῶν, *Ad Orientem converso vultu precari prohibet, negatq́; intentos in eam partem nos esse oportere: sed Hierosolymam versus undequaq́; prospicere.*

XII. Neq; his officit, quod quidam argutantur, fieri non posse, ut omnes æquè Orientem spectent, eò quod Oriens non omnibus sit idem. Quamvis enim id verum sit, habet tamen unaquæq; terra Solem ut Occidentem, ita & Orientem, qui singulis eundem præstat effectum, quod satis est ad obtinendos eos, quos diximus, fines. Nam & aliàs frustra est iis, quæ ad erudiendum vulgus directa sunt, omnium ad vivum resecare; quod capax illud non sit ejusmodi ἀκριβείας. Quâ de causâ etiam Philosophi olim pro diversitate auditorum suorum orationem & stylum aliter atq; aliter temperare solebant. Ἀκριβῶς enim & accommodatè ad scientiam loquebantur apud genuinos suos & domesticos auditores: populariter autem & κατὰ δόξαν, quando promiscuè ad vulgus hominum verba faciebāt. De Pythagorà, sanè inquit disertè Porphyrius in vitâ ejus: Ὅσα γε μὴν τοῖς προσιοῦσι διελέγετο, ἢ διεξοδικῶς, ἢ συμβολικῶς παρήνει. διττὸν γὰρ ἦν αὐτοῦ τῆς διδασκαλίας τὸ σχῆμα. Καὶ τῶν προσιόντων, οἱ

μὲν

μὲν ἐκαλῦντο μαθηματικοί. Οἱ δὲ ἀκυσματικοί. καὶ μαθηματικοὶ μὲν ὁ, τὸν περιττότερον καὶ πρὸς ἀκρίβειαν διαπεπονημένον τῆς ἐπιστήμης λόγον ἐκμεμαθηκότες. ἀκυσματικοὶ δὲ οἱ μόνας τὰς κεφαλαιώδας ὑποθήκας τῶν γραμμάτων ἄνευ ἀκριβεστέρας διηγήσεως ἀκηκοότες. *Quacunq; apud auditores differebat, aut perspicuâ & copiosâ oratione, aut obscurè & per ænigmatum involucra præcipiebat. Duplex enim illi docendi modus erat: atq; ex discipulis alij Mathematici alij verò auscultantes, vocabantur. Mathematici quidem, quotquot pleniorem atque elaboratam scientiæ rationem percipiebant. Auscultantes verò, qui summa tantùm capita præceptaq; literarum sine accuratiori enarratione audiebant.* Ex quibus hos ad secretiores ἀκροάσεις non admittebat. Quam ob causam & adolescentes, qui se ad discendum offerebant, à principio ἐφυσιογνώμει, hoc est, vultum & speciem totius eorum corporis attentè considerabat, ut inde conjiceret, essentne idonei, qui ad elaboratam scientiæ rationem percipiendam admitterentur. Quos enim ineptos videbat ad id studium esse, eos non patiebatur operam apud se perdere, teste Agellio lib. 1. Noct. Attic. c. 9. Idem de duplici Pythagoræ auditorum genere referunt etiam Jamblichius in vitâ ejus, Clemens Alexandrinus lib. 5 Stromatum, aliiq;. Sed & de Protagorâ non dissimilia his leguntur, apud Platonem in Theæteto, sic enim ille: Ἆρ' ὖν πρὸς χαρίτων πάνσοφος τις ἦν ὁ Προταγόρας. Καὶ τῦτο ἡμῖν μὲν ἠνίξατο τῷ πολλῷ συρφετῷ, τοῖς δὲ μαθηταῖς ἐν ἀποῤῥήτῳ τὴν ἀλήθειαν ἔλεγε, *Annon per gratias undiquaq; sapiens erat Protagoras? & hoc nobis homunculis de plebe ænigmaticè significavit: discipulis verò genuinis veritatẽ in arcano exposuit.* De Zenone quoq; refert Proclus Lycius Platonicus l. 5 Comment. in Parmenid. Platonis, quod λόγων suorum τὺς μὲν ἀληθὺς, τὺς δὲ χρειώδεις, *alios quidem veros, alios autem usuales* vocarit. Ut Platonis modò ipsius, Aristotelis & Theophrasti mentionem haud faciamus, de quibus gemina refert Galenus lib. de substant. facult. naturæ in principio: Notum insuper est effatum illud Topicum, cujus etiam Aristoteles meminit lib. 2 Topc.

c. 2. §. 5: ταῖς ὀνομασίαις τὰ πράγματα προσαγορευτέον καθάπερ οἱ πολλοί, *Iïs nominibus res ſunt appellandæ, quibus multi utuntur* Quod repetit & lib. 6. Topic. c, 10, §. 8 his verbis: Τῇ ὀνομασίᾳ δεῖ χρῆσθαι τῇ παραδεδομένῃ καὶ παρεπομένῃ. *Appellatione eâ uti oportet, quæ tradita eſt & recepta.* Quibus conſona ſunt & iſta Plutarchi ex lib. de Pythiæ oraculis c. 31: Ἀμοιβῇ ἔοικε νομίσματος ἡ τοῦ λόγου χρεία, καὶ δόκιμον καὶ αὐτοῦ τὸ συνηθές ἐστι καὶ γνώριμον, ἄλλην ἐν ἄλλοις χρόνοις ἰσχὺν λαμβάνοντος. *Uſus ſermonis ſimilis videtur eſſe mutationi numiſatis: quorum utrumq; aliud alio tempore valens tùm probatur, cum notum eſt & uſitatum.* Jam Oriens vulgò dicitur omnibus populis plaga illa mundi, quæ apud ſingulos Solem habet orientem, etiamſi aliis aliter ſit ſita. Quo ſenſu & Scriptura paſſim Orientem vocat plagam iſtam, quæ è regione urbis Jeruſalem vel terræ ſanctæ, aut etiam loci iſtius, cujus in textu fit mentio, verſus Orientem eſt ſita. E. gr. *Filii Orientis* Eſ. XI, 14 & alibi paſſim dicuntur, qui inſidebant plagas Judææ Orientales. Inter quos propterea refertur & Job. c. I. 11, quia regio Huz erat Orientalis reſpectu Judææ. Gen. XIII, 11 autem Lothus è Bethele ad Jordanem & Sodomam iturus, profectus dicitur ad Orientem, id eſt, in regionem ad Orientem ſitam. Is enim erat reſpectu Bethel Jordanis & Sodomæ ſitus. Nec aliter Vitruvius intelligendus eſt loco ante producto, quando ædes Deorum ſic cõſtituendas eſſe ait, ut *altaria earum in Orientem vergant.* Nempe intellectum id vult de plagâ ad eam cæli regionem ſpectante, quæ loco iſti, ubi ejuſmodi ædes ſunt conſtituendæ, eſt Orientalis, etiamſi aliorum reſpectu ſit occidentalis, aut ſeptentrionalis, vel ad meridiem inclinet. Ita ergò & id accipiendum, quod de more precandi verſus Orientem Chriſtianis familiari, hactenus diximus. Scilicet putarunt congruum eſſe, ut eò precaturi vultum converterent, ubi primum Sol ſingulis diebus veluti ſurgeret, etiamſi non omnibus in eâdem regione ſe primum

cōnſpiciendum præberet. Quemadmodum & cum diem Paſchatos aut Pentecoſtes celebraſſe ubiq; dicuntur, id intelligendum eſt de iſto temporis intervallo, quod dierum iſtorum nuncupatione apud omnes pro cæli apud ipſos poſitu venit, etiamſi dum diem tenebant aliqui, aliis atra nox incubaret.

XIII. Quemadmodum autem non temerè ritus ille adorationis ad Orientem improbandus eſt, nec auſu privato rejiciendus: ità è contrariò cavendum, ne ſuperſtitio aliqua ei admiſceatur. Quod facile fieri poteſt, veluti ſi quis ritum hunc urgeat tanquam ad ſalutem neceſſarium, aut majorem precibus vim conciliari, aut efficaciores illas putet, ſi ad Orientem oculos inter precandum flectat, quam ſi ad Occidentem vel aliam cæli regionem. Eſt enim omnis locus ad orandum nobis conceſſus. Quò pertinent iſta Davidis ex Pſ. CIII, 22: *Prædicate Dominū, omnia ipſius opera in omnibus locis ſui Dominij.* Et Apoſtolus 1. Tim. II, 8 ait: *Volo orare viros in omni loco, ſuſtollentes puras manus absq; ira & diſceptatione.* Ejuſmodi autem manus qui ad Deum ſuſtollunt, non eſt, quod de exauditione precum ſuarū ſint ſolliciti, in quocunq; etiā loco eas fundant. *Deus enim præſtò eſt omnibus invocantibꝰ ipſum, invocātibus ipsū cum veritate,* Pſ. 145 19. Neq; dubium eſt quin mos ille verſus Orientē precandi accipiendus ſit nō promiſcuè de quibuscunq; ſed potiſſimum de publicis precibus. Quod & non obſcurè indicat Metrophanes Critopulus, cum ait: *Nemo exiſtimet nos ita neceſſariò traditioni huic adhæreſcere, ut ſalvâ veritate aliter facere nequeamus. Quodſi enim nocte obſcurâ & illune hoſpitium ingreſſus fuero, unde, utinam Oriens ſit, dijudicatum difficile fuerit, nequaquam ea- propter precationē omittam: ſed nec magnopere hoſpite, utinam Oriens ſit, exquiram, ut adorem, quaſi alibi modi non liceret. Nequaquam hoc fecero, ſed oculis, quo viſum fuerit, converſis adorabo. Illud verò publicè in Eccleſia propter dictas cauſas obſervabo.* Quan-

qvam

qvam & interdum, cum abusus non tolerandi in ritum hunc irreperent, etiam promiscuè Catholici Doctores cū abrogatū ire saltem in illis locis, in quibus abusus hujusmodi invaluêre, haud dubitarent. Contigit tale quid Sec. V. tempore Leonis Magni, quo Priscillianistarum secta, quæ ex Manichæorum aliorumq; perfidiâ coaluerat, nondum penitus exspirârat. Erant enim hi studiis Mathematicis nimis addicti, ac eousq; progrediebantur, ut actiones hominum fatalibus Stellarum influentiis, præsertim Solis adstrictas esse docerent, indeq; & ipsi qvidem versus Orientem orabant, sed ut Solem sibi suisq; rebus propitium haberent. Quod cum alii qvoq; imitarentur atqve in gradibus Basilicæ D. Petri ad orientem Solem corpore cònverso se reflecterent, atque curvatis cervicibus in honorem splendidi orbis se inclinarent, Leo Magnus non solùm graviter in eos invehebatur, sed & omninò ritum illum ad Orientem precandi volebat abolitum. Sed satius fuerit Leonem ipsum audire. Sic ergò ille Serm. 7 in Nativit. Domini: *De talibus institutis* (Priscilliani ejusqve complicum) *etiam hæc impietas generatur, ut Sol inchoatione diurnæ lucis exsurgens, à qvibusdam insipientioribus de locis eminentibus adoretur. Qvod nonnulli etiam Christiani adeò religiosè se facere putant, ut priusqvam ad D. Petri Apostoli basilicam, quæ uni Deo vivo & verò est dedicata, perveniant, superatis gradibus, qvibus ad suggestum aræ superioris ascenditur, converso corpore ad nascentem Solem se deflectant, & curvatis cervicibus in honorem splendidi orbis se inclinent. Qvod fieri partim ignorantiæ vitio, partim Paganitatis spiritû multum intabescimus: & dolemus, quia etsi quidam fortè Creatorem potius pulchri luminis, qvàm ipsū lumen, qvod est creatura venerantur, abstinendū tamē est ab hujusmodi specie officij: Hanc enim officij speciem, cum in nostris invenerit aliqvis, qvi Deorum cultum reliquit nonne hanc partem opinionis vetustæ tanqvam probabilē secū*

 reten-

retentabit, quã Christianis & impiis viderit communẽ? Abjiciatur ergò à consvetudine fidelium damnata perversitas, nec honor, uni Deo debitus, eorum ritibus, qvi creaturis deserviunt, misceatur. - -- Si enim templum DEI sumus, & Spiritus Dei habitat in nobis, plus est, qvod fidelis qvisq; habet in animâ sua qvàm qvod miratur in cælo. Atq; hinc fortè factum, ut etiam in Petri Basilicâ altaria non tantùm ad Orientem sed etiam in alias partes fuerint distributa. Qvod & in aliis nonnullis Christianorum templis factum fuit, sicut testatur Walafridus Strabo loco citato, ubi totus in eo est, ut ritum orandi ad ortũ in adiaphoris collocet, qvamvis & freqventiorem eum & rationi dicat esse viciniorem. Verba ejus merentur adscribi. *Non errant*, inqvit, *illi, qvi templis vel noviter DEO constructis, vel ab idolorum sqvalore mundatis, propter aliqvam locorum opportunitatem in diversas plagas altaria statuerunt, qvia non est locus, ubi non sit DEus. Verissimâ enim relatione didicimus, in Ecclesiâ, qvam apud Æliam Constantinus Imperator cum matre Helenâ super sepulchrum Domini miræ magnitudinis in rotunditate constituit: idemq; Romæ in templo, qvod ab antiqvis Panthera dictum à beato Bonifacio Papâ, permittente Phocâ Imperatore, in honorem omnium sanctorum consecratum est. In Ecclesiâ qvoq; beati Petri principis Apostolorum, altaria non tantùm ad Orientem, sed etiam in alias partes esse distributa. Hac cum secundùm voluntatem vel necessitatem fuerint ita disposita, improbare non audemus. Sed tamen usus freqventior & rationi vicinior in Orientem orantes convertit, & pluralitatem maximam Ecclesiarum eo tenore constituit.* Tandem concludit: *Unusqvisq; in sensu suo abundet. Propè est Dominus omnibus invocantibus eum in veritate, & longè à peccatoribus salus. Appropinqvemus Domino, & appropinqvabit nobis. Alioqvin peccator, etiamsi fugerit, eum, qui ubiq; est, evitare non poterit. Qvia neqve ab Oriente, nec ab Occidente, neq; à desertis montibus*, subaudi, patet locus fugiendi, *qvoniam DEus justus est, hunc humiliat & hunc exaltat. Cui etiam Propheta dicit: Qvò ibo à Spiritu tuo? & qvò à facie tuâ fugiam? Si ascendero in cœlum, tu ibi es: si descendero in infernum, ades.* Hæc ille. In quibus & nobis acquiescendum esse abitramur,

P

Papa non est infallibilis nec sine Concilio Ecclesia
Eccl. Becil. de ver. p. 32. Calixt.
Diss. de primatu Pont. Rom. et dep.
de eminent. sub num. a n. 175.
ad n. 187. Papistae soli non
Catholici Reidl. de ver. p. 83.

Ad sacra spicien. die in festis. Reidl. sect. 1.
Θ. 9. § 26. 27. Res reg. non ad
sect. 4. et ver. Cassand. Consult. consult.
ps. Ad faciendum cum Festis
de qu. sq. nil definiri vere Reidl.
c. l. p. 30. 31.

Peccatum Orig. totalis non est positivum quid, sed pri-
vativum Reidl. Θ. 3. sect. 2.

Peccatum Orig. sub N. T. non est causa adequa-
ta damnationis Reidl. sect. 2. Θ. 4.

Pelagiana haeresis bona a Pontif. non
Reidl. sect. 1. Θ. 5. § 44. imper.
sect. 2. Θ. 5. § 11. seqq. vere ad
de semipelagianis a Pontif. vero
Bo. Compr. Brian Pelagia-
num Vossii.

Poenitentiae pars non est fides. Reidl. sect. 1.
Θ. 6. § 4. Poenitentib. poenitentiam
iniungenda a Clericis Calixt. Conf.
c. X. Caus. 5. v. ag Cass. Conf.
ad art. 12. Poenitentiam con-
ferunt aeta facta sua Ren.
in vel. Cons. Consp. circa Trans.
c. 4. n. 11. 12. 13. 14. 15.

Praedestinatiani haeretici Reidl.
sect. 1. Θ. 5. § 41. Recte Q.
Electos praedestinavit ad vitam
aeternam Calixt. Conf. c. 4.

q Imper. circa sacra se gerere Dant.
Cass. Conf. ad art. 16.

q Purgatorium Reidl. Θ. 9. sect. 1. Pult.
sect. 2. Θ. X. p. 23.

R

Religio sanctorum [orandorum] Calixt. Conf. c. 16. non nundi-
nacer ex reliquiis faciendas. Quod
reliquias vero aliisque pretiosis exor-
navit. Quod male sibi polliceatur salutem
frequentatione locorum ubi sunt reliquiae.
Quod falso supponuntur. Dn. omnis
ubi non vero superstitio religio, non
orandos Cass. Conf. ad art. 21.

Romana Ecclesia non est infallibilis Reidl.
de ver. p. 32.

Ordines sacerdotum Chytr. Conf. c. XI. de sacerdotum ministris admittendis c. XI. Cath. Conf. ad art. 23. vicelegiam regiam de Conjugio sacerdotum. Deo placeat quis fieri sacerdotem Chytr. c. 1.

Sacra [illegible] Bapt. S. Coena et [illegible] [illegible] v. dicta plura. Chytr. Conf. c. 5. Sacram. confirmat fidei Cath. conf. ad art. 5.

Certum esse [illegible] fidelis de salute sua [illegible] sub [illegible] Reidl. sect. [illegible] C. 6.

Sancti Invocandi Chytr. Conf. c. 17. Cath. conf. ad art. 21. Sancti invocandi c. 17. Chytr. Sancti non sunt mediatores, d. legati et deprecatores. ib. De supplicandum [illegible] merita et intercessiones sanctorum Cath. conf. ad art. 21. Male [illegible] vivente sanctis [illegible] patrocinia [illegible] male [illegible] confidunt sanctis [illegible], male merita sanctorum nos salvare censet. Male nomine sancti [illegible] ceteris invocari. Male [illegible] honores sanctis tribuuntur. ib.

[illegible] Theologica v. T. Theologia.

Scriptura norma fidei [illegible] in [illegible] casu sect. 1. Reidl. C. 9. Scriptura ex scriptura interpretanda c. 1. [illegible] d. [illegible] [illegible] haeretici [illegible] in eo subsistendum. [illegible] seqq. [illegible] [illegible] sensum [illegible] antiquitas consensus et [illegible] c. 1. [illegible] 18. seqq. Ad scripturae canonem cognoscendum [illegible] testimonium [illegible] c. 1. C. X. [illegible] infinis [illegible] esse diam plurimis [illegible] [illegible] [illegible] 1. seqq. [illegible] in [illegible] [illegible] plures et mysticos et [illegible] sensus admittit. Reidl. sect. 1. C. 11.

Libri canonici, q. apocryphi. Chytr. Conf. c. 17. [illegible] ad [illegible] [illegible] in sensu gemino Reidl. de ver. [illegible] [illegible] sensus geminus e. qui [illegible] de [illegible] [illegible] de ver. [illegible] [illegible] sensu [illegible] restituenda [illegible] traditio n. 25. 26. 27. [illegible] ad confirmandam fidem data [illegible] 35.

13 S. in V. T. [illegible] dona data, in N. T. [illegible] Reidl. sect. 2. C. 9. [illegible] 17. 18. 19. 20. De [illegible] S. passione [illegible] [illegible] Lat. C. [illegible] 1.

[illegible] catis [illegible] erat [illegible] Reidl. de ver. [illegible] 51.

T.

Pars sua Theologica. Ricch. sect. 1. Θ. 7.
Theologia alia e practica dicitur, orectica, et quod [illegible] Iter. v. Ricch. sect. 1. Θ. 8.
Traditiones admittendae Ricch. sect. 1. Θ. 4. §. 6. in marg. et §. 4. et in marg. et §. 12 faciunt ad detegendum sensum s. sensum genuinum. Ricch. de Scr. n. 25-26-27.

Transsubstantiatio sect. 3. Θ. 2. § 12. seqq. Ricch.
Mysterium Trinitatis in V.T. obscure cognitum Ricch. sect. 2. Θ. 9. § 7. et sect. 5. Θ. 1.

V

Vigilias olim in usu Ricch. de Scr. § 50.
Vigilarunt nocte ante resurrect. Chri. Serm. c. 7. § 66. de eccl. [illegible] circa [illegible]
Una Vulgata V.T. [illegible]